

4. LATIN CHRISTMAS CAROLS

- 1 adeste fideles,
laeti triumphantes.
venite, venite in Bethlehem,
natum videte,
regem angelorum
venite adoremus (x 3)
Dominum.
- Deum de Deo
lumen de lumine,
gestant puellae viscera,
Deum verum
genitum non factum
venite adoremus (x 3)
Dominum
- 2 quem pastores laudavere,
quibus angeli dixere,
absit vobis iam timere,
natus est rex gloriae
- ad quem magi ambulabant,
aurum, thus, myrrham portabant,
immolabant haec sincere
nato regi gloriae
- 3 procul in praesepe et sine lecto,
en, parvulus Iesus dormit in faeno;
stellaeque micantes despectant eum
tranquillo in somno, nostrum Dominum
- dum mugiunt boves, expergiscitur;
nec tamen ex illo auditor murmur.
amo te, mi Iesu! de caelo specta
et usque ad lucem, precor, mi adsta
- 4 tranquilla nox! sancta nox!
dormit mundus; nulla vox
iam auditor; in stabulo
Maria et Ioseph cum puero
qui dormit placide.
- tranquilla nox! sancta nox!
ad pastores iam venit velox
illud verbum ex angelis
'Alleluia, nunc adis,
Christe, Redemptor tu!'
- cantet nunc io
chorus angelorum,
cantet nunc aula caelestium;
gloria
in excelsis Deo
venite adoremus (x 3)
Dominum
- ergo qui natus
die hodierna
Iesu tibi sit gloria
patris aeterni
verbum caro factum;
venite adoremus (x 3)
Dominum
- Christ regi, Deo nato,
per Mariam nobis dato,
merito resonet vere,
laus, honor et gloriae
- es, Domine mecum, te rogo;
mane
me iuxta aeterno, et dilige me.
pueruli omnes in cura tua,
fac uti fruantur aeterna vita.
- tranquilla nox! sancta nox!
filii Dei, quanta mox
caritas lucet ex ore tuo,
gratiae tempus adest mundo,
cum natus sis, Domine!